

inrepretare. uerb. tr., intr. ETYM increpare. DLAT increpitus. [FREQ humilis 76^{indicia} 5,5^{/d.c.m.} 52-51 CAES] uocabulum scriptis litterariis proprium praecipue narrando, uersu, usibus doctis, ut Sili Italici opera uideri potest, qui saepe eo usus est; et argumentando usibus mediis aptum est, minore numero scriptis exponendo aptis lyricisque; inde a saec. I aec. inuenitur, in fine Antiquitatis languens.

VARIATIO OPERUM		indicia	p ^{/d.c.m. subc.}
	argumentalis	13	2,6
	lyrica	2	8,7
	narratiua	59	11
	exponens	2	0,7
DIACHRONICA	I aec.	11	4
	I-II ec.	44	11
	III-V ec.	21	3,1
DIAPHASICA	docta	47	22
	media	29	2,6
DIATRATICA	litteraria	76	6,8
MODUS	prosa	20	1,7
	uersu	56	31

¶ quasi increpare inuenitur, at huius uerbi actionem iterando, durum et asperum significans, item reprehensionem alta uoce declaratam • es equivalente de ciertos usos de increpare, enfatizados por el infijo iterativo; su contenido semántico transmite la manera brusca o el tono alto en que se expone una recriminación

GRAM per completiuam orationem seu uocabula ad litteram prolata sensum interdum implet • completa su significado a veces con una completiva o un periodo de estilo directo

a1 aspero et duro modo increpare incusare castigare • increpar, acusar o reprender de mala manera [TROP admonere^c DOM sermo quasi instrumentum clamore, inquit, talibus, uerbis] 29-19 VERG Aen 10.810. Aeneas ... Lausum increpitat Lausoque minatur: «quo moriture ruis maioraque uiribus audes?» 80-90 STAT Theb 9.476. haerens subruta fallaci seruat uestigia limo, sic etiam increpitans: «unde haec, Ismene, repente ira tibi?» 417-418 OROS Hist 4.1.15. cum a sociis increpitaretur, cur se uictum diceret qui uicisset.

a2 saepe per derisionem seu iocum insultare • incorporando a menudo la chanza o la burla: burlarse de, escarnecer, insultar o afear [TROP insultare^b SIM → increpare^{c2} DOM hostium fuga deridetur tergum; hostis, prouocare] 30-15 PROP 3.25.14. uellere tum cupias albos a stirpe capillos, iam speculo rugas increpitante tibi. 52-51 CAES Gall 2.30.3. inridere ex muro atque increpitare uocibus, quod tanta machinatio a tanto spatio institueretur. 32 VAL MAX 3.3.2. ille ... increpitans ... Agrigentinis ignauiam ac timiditatem. 62-65 LUCAN 7.606. Caesar ... increpitans «iam Magni deseris arma...» dixerat. 314 LACT Mort pers 44.7. Fit in urbe seditio et dux increpitatur uelut desertor salutis publicae. GLOSS 5.306.24. ἐπεγγεῶν increpito increpo. 2.312.63. ἐπιγλεῦζω increpare increpitare.

a3 exprobrare • puede adoptar muchos matices, que se corresponderán con otras tantas traducciones posibles al castellano: echar en cara [TROP exprobrare] 52-51 CAES Gall 2.15.5. increpitare atque incusare reliquos Belgas, qui se populo Romano dedissent. 412-427 AUG Ciu 2.19. rem publicam pessimam ac flagitiosissimam factam non inputant diis suis; adflictionem uero eius ... religioni increpitant Christianae.

• retar 92 SIL 1.180. ridet ... dolores spectanti similis, fessosque labore ministros increpitat. GLOSS 4.446.20. (VERG Aen 1.738.) increpitans ioco appellans. 4.247.37. cum ioco minatur.

a4 quasi incusare • gen, abl acusar de algo [TROP incusare] 92 SIL 8.263. Fabium ... morae increpitare professus.

a5 seu detestari • maldecir o despotricar de [TROP detestari^b] 117-180 FLOR Epit 2.18. sortem suam increpitans.

a6 ob dolorem clamare • gritar de dolor [TROP clamare^a] 330 IUVENC 4.685. Nec minus increpitant dextra laeuaque gementes adfixi crucibus scelerum pro sorte latrones.

a7 seu uoce fremere • o murmurar o criticar [TROP fremere^c] 29-19 VERG Aen 3.454. tibi ne qua morae fuerint dispundia tanti, quamuis increpitent socii.

a8 perraro resonare • raramente, hacer resonar [TROP concrepare^{a1}] 80-90 STAT Theb 10.132. dixit, et increpitans languentia pectora dextra, ne pereant uoces, iterumque iterumque monebat.

b et fortiter loqui, non ut iocum moueas, sed ut collocutorem secundum et facilem habeas comiter loquens • hablar con fuerza para obtener reacciones positivas en el interlocutor, frente a las negativas de la burla: animar, alentar, arengar o enardecer [TROP incitare] 29-19 VERG Aen 1.738. Dido in mensam laticum libauit honorem ... tum Bitiae dedit increpitans; ille impiger hausit spumantem pateram. 80 VAL FL 3.472. instaurant primi certamina ... Eurytus et ... Idas; inde alii increpitant atque aequora pectore tollunt. GLOSS 4.446.20. (VERG Aen 1.738.) increpitans ioco appellans. 4.247.37. cum ioco minatur.